liquido adherit partibus suis et vitae opibus pensavit damna verborum
finit.

TRASIMUNDO VI ENNODIUS.

Non temeritas me ad paginale duxit officium quando ad omnem
communionem subditum suum regiae stirpis germen invitat.
est enim haec claritas dominorum inserta natalibus ut culmina
sua dignatione subliment. uultis quasi aequales tractare famulos
ut ab ipsa vobis per amorem condicione plus debeant. Unde piissime
domine obsequium exhibens cum generalitate solvendum.
significo me ad aliqua suggerendo perlatorem praesentium
distinasse vos effectum donate supplicem quia spe fultus peccator
accessi finit.

ENNODIUS LUMINOSO.

Quam amicam conscientiam manifestis pandit indiciis. tollit otium
quibus gratiae praestiterit dignitatem. Vix enim feriatas
ora eius qui consuevit audiri. quia magnum dispendium pudoris
est verborum retinere beneficium. ut dum linguae parcimus
honestatis prodiga frons laboret. vos me garrulum fecistis qui
preces meas consuistis admittere. sed ne praestanda circulo quaerendo
et epistulae prolixitate impetranda suspendam. ad rem redeo sub
limis vir laurentius redditos sibi debitos quos ecclesia romana
facta cum auctore eius est pactione pollicita a domno papa
adserit sub nescio qua oppositione denegari. In quo negotio
favorem per me vestrae defensionis implorat. ut rem quam
debetis legibus videamini exhibere diligentiae et illud
crescat affectui quod denegari non licet aequitati. vos hanc rem
iuxta desideria mea tribuite ut quantum nominato viro
commoditatis adcesserit tantum me muneris accepisse confitear
salutem ergo dicens spero ut circamunia litterarum nec sincer
amor vacationem accipiat nec facundia totius orbis celebrata
a testimonio conticiscat. finit.

EPIGRAMMA QUOD MESSALA CONSUL ENNODIUS IN COGNOMINE DICTUS EST.

Consulis ad genium nomen pro stemmate iunxi
Dans lucem fastis sum trabeis potior
quid palmata tuo tantum de murice vernas

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0197